



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 19. Deputati abeunt, Brisacci Papam adituri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.** Decreta nomine Papæ, non autem nomine Concilii edantur, argumento, ut in-

**A. C. 1415.** quiebat, petito ex hac Juris Canonici Regula : *Papa judicat omnes, nec ab ejus sententia appellare licet; ipse autem a nemine, nisi a solo Deo judicatur.* Verum

**Dif. 19.c.7.** Antistites ille scite animadvertere debuisse, quod in hoc loco nequaquam de auctoritate Pontificis ad Concilium, nec Concilii ad Papam collata agatur, sed de submissione, quam singuli Episcopi particulares erga Summi Pontificis sententias in privatis eorum caussis inter se controversis latas exhibere tenentur. Ad quod comprobandum legisse sufficiat D. Leonis epistolam, quæ juxta antiquam editionem octogesima nona est. Ceterum Cardinalis Cameracensis hoc scriptum responso confutare haud cunctabatur, ejusque opinionem Synodus non modo adoptavit, sed ipse etiam Patriarcha postmodum se purgare jussus, hæc non decidendi, sed mere proponendi gratia scripsisse se, affirmavit.

### §. XIX.

*Deputatorum discessus. Brisaci Papam adeunt.*

Bourgeois  
Preuves  
p. 342. 343.  
C. c.

Deputati a Concilio ad Papam missi, cum eundem jam Friburgo discessisse intelligerent, Brisacum petunt, eo enim

a Bur-

a Burgundiæ Ducis familiaribus delatum, Sæcul. XV.  
 inde vero ab iisdem Avenionem deducendum credebant. Nec sua eos opinio  
 fefellit; nam Pontificem Brisaci inveniunt, qui eos altera adventus die vige-  
 sima quarta Aprilis ad alloquium admissit, pollicitus, se sequenti primum die eo-  
 rum postulatis responsurum. Hi non  
 modice obstupuerunt, ubi fama ad eos  
 pervenit, quod Papa eadem adhuc nocte  
 Brisaco Nienburgum, parvum id oppidum  
 est Brisaco vicinum, quod Rhenus al-  
 luit, clam discesserit. Omnes hæ rerum  
 vicissitudines non parum Deputatorum  
 solertia fatigabant; hujus tamen even-  
 tus notitiam illico ad Synodum perscri-  
 bebat; quo percepto Concilii Patres ad  
 Austriæ Ducem literas dederunt, suppli-  
 ces, ut Joannem haud ultra protegeret,  
 imo eundem potius, uti sacramento sese  
 obstrinxisset, e fuga retraheret, Dux per-  
 officiose respondit, se comperta turpi Pon-  
 tificis fuga nullam illi clientelam impen-  
 surum, sed in omnibus, & per omnia  
 Concilio adhæsurum, quæ tamen decla-  
 ratio sincera non fuit.

## §. XX.

*Hieronymus Pragensis captus, &  
 Constantiam ductus.*

Interea temporis Hieronymus Pragensis *Vander*  
 in reditu suo in Bohemiam, Hirsviæ *Hardt to.4.*  
*B 3* *captus* *p. 134.*